

DIVISIONES  
VTRIVSQVE IVRIS  
ad Differentias proximæ.

LEANDRI  
GALGANETTI

I. C.

COLLENSIS, AC CIVIS ROMANI.  
COMITIS PALATINI, AC AVRATAE  
Militiæ Aequitis, in Romana Curia causarum  
Aduocati integerrimi;

ET AD PRAESENS IVDICIS APPELLATIONVM,  
*nullitatum Urbis, ac Romani Populi Capitanei.*



ROMAE, Apud Gulielmum Facciottum. M. DC. X.

---

SVPERIORVM PERMISSV.




MARCO ANTONIO

BURGHESIO

PAVLI V. PONT. OPT. MAX.

FRATRIS FILIO.

LEANDER GALGANETTUS.



N huius mei de Iuris diuisione opusculi in publicum editione sequar veterem morem meum, quem in cœteris meis lucubrationibus emissis vsurpani, quarum cum aliàs Sanctissimo D. N. Excellentissimi felicis memoriæ Ioannis

Baptistæ Patris tui fratri, aliàs Scipioni Burghesio Cardinali Amplissimo consobrino tuo dicauerim, debebam & tibi tuam, Marce Antoni Burghesi, quam nunc euulgaturus sum, ne à mea consuetudine, nec à vobis ad quorum radios vitæ

A 2 cursum

INDEX

# De Diuisione ipsa.



**S**T autem Diuifio, quæ rem femouens à re vtramque abfoluit ratione fubiecta. Cicer. ad Herennium, lib. 4. de Distribu- tione, verf. Diuifio eft, &c. & dicitur etiam communioris rei in anguftiores, & minus communes Diftinctio. teftè Guliel.

Lapid. in tractatu de Diuif. in fuo Meth. Dialect. & alia dicitur nominis, alia rei. Nominis eft, quando vocabu- li fignificationes, quæ interdum multæ funt, exponimus, quam Lapid. partitionem æquiocationis vocat, quæ ad differentiam proxime accedit; cum ob diuerfitatem no- minis inducatur diuerfitas rei, vt in Iure eft Diuifio Iniur- riæ. Inft. de Iniur. in princ. & diuifio familiæ. l. pronun- ciatio. 195. ff. de verborum fignif. rei eft, vel generis in fpecies, vel totius in partes, illa proprie diuifio, hæc par- titio appellatur; & differt hæc fpecialis diuifio à partitio- ne, ficut fpecies à parte; de fpecie autem genus predica- tur, de parte totum non; non enim vt dicimus hominem eſſe animal dici poteſt parietem eſſe domum. Diuifionis fpecialis tria funt præcepta. Primum, vt fit bimembris. Secundum, vt differentiæ, ex quibus conſtat, fint repu- gnantes. Tertium, vt omnes fpecies rei diuidendæ com- plectatur.

Primum tamen non poteſt perpetuo obſervari, cum ve- ris differentijs deſtituamur, ac ipſarum penuria labore- mus, vt notaui in compen. differentiarum, in princ. verf. & quia. Poteſt autem ſumi ex omnibus fere locis, ex quibus argumenta promuntur. Vt à cauſa efficiente, Ius aliud dicitur Naturale, aliud Gentium, aliud Ciuile; A cauſa finali aliud Publicum, aliud Priuatum; A ſubie- cto aliud verſari circa perſonas, aliud circa res, aliud cir- ca actiones. Tales diuifiones in diſtributione artis, feu operis